



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||  
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV. ||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Societati in Hispania valdè laboranti succurrit. Cap. XXI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

*Societati in Hispania valde laboranti succurrere.*

Cap. XXI.

**P**ER idem tempus Societas fideliter  
 latiore successu inrumelentur, vel de  
 tium ignaviam que delibentur, vari  
 in Europæ regionibus diuino gratia  
 vehementer exercebatur, itaque partim  
 ab invidis & obtretractibus, partim  
 etiam ab ijs, qui temporibus ita periculosis tam aliis  
 concionum frequentiam, tam assiduam Societatis  
 rum administrationem, & reliqua infirmis macta  
 ra, genusque doctrinæ suspectū haberent. Quæ in  
 ro in alijs provincijs alijs, sed in Hispania veterum  
 storum insectator existit Ioannes Siliceus Antilep  
 pus Toletanus. Is cum à ceteris Societatis mem  
 rijs valde abhorreret; tum Exercitiorum  
 quibus nostri eo tempore vel maxime in exercitijs  
 minibus utebantur, nomen ipsum pari non potest  
 pluri verò, in sua diocesi, piorum civium ab  
 Collegium Societatis I E S V repente exortum, qui  
 a academia illa pæne tota conflueret, ita æge  
 de nostris è sua ditione pellendis, toto animo  
 ctisque cogitaret. Sed cum in ipsos palam  
 cere vereretur, partim spectata vitæ innocen  
 etiam virosum principum gratia, & summi  
 est) Pontificis auctoritate subnixos; iracundia  
 mina in populares suos, familiares nostros, quæ  
 torquet. Ac primum, quod è suo clero compluribus  
 disciplina ac meditationibus imbutos esse rogavit  
 edicto minaci, iuris in Ecclesia Toletana dicitur  
 te priuat sacerdotes eos, qui è nostra forma  
 libis exercitationibus operam dedissent. de  
 ti anathematis pœna proposita, vetat in academi  
 plutenſi omnino quemquam à nostris hominibus  
 cesiæ sacramenta suscipere. Quæ res, vixit  
 infamia, varios illico rumores hominum

pane tota commouit : cū alij nostrorum acta,  
 mores, instituta defenderent; alij contra, non sine gra-  
 ui aliqua certaue ratione tantum Antistitem ita  
 de Societate statuisse disputarent. Nostri, quamuis Dei  
 clementia, & conscientia testimonio freti, re tamen  
 tam atroci, tamque inopinata perculsi, angebantur ani-  
 mos neque tam ignominia sua, quā Ecclesie damno  
 permouebantur, quod ex tanta hominum alienatione,  
 tantisque calumnijs imminere necessario videbatur. Ita  
 que cum obsecrationibus & sacrificijs, & voluntaria cor-  
 porum castigatione caeleste numen de more propiti-  
 leniper communes amicos Archiepiscopum docent,  
 nihil ab se vel contra Ecclesie re, vel cōtra ipsius Archie-  
 piscopi dignitatē esse cōmissum, cur in rebus diuinis oc-  
 cupati, & nihil nisi Dei gloriam, & proximorū salutem  
 Apostolica auctoritate querentes, tantis iniurijs affi-  
 ci, praesertim indicta causa, debuerint. Si quid secus ab  
 inimicis ad eum delatum sit, se ad purganda crimina, at-  
 que ad omnem satisfactionem in Domino paratos esse:  
 tantū ab eo suppliciter petere, vti conceptā iram, ad caus-  
 fieri vique cognitam, pro sua sapientia ac pietate suffi-  
 ceret. Cum ille nihil idcirco de acerbitate remitteret, sa-  
 tis apparet, nostri nominis odiū altius in eius ani-  
 mo insidisse, quā ut euelli aut mitigari vlla ratione  
 possent. Ignatij voluntatem atque consilium per litteras  
 quam primū exquirunt. Ille, circumspēctis rebus omni-  
 bus, Deumque per se suosque enixē precatus, vt ea res ad  
 eius gloriam, salutemque animarum, bene ac feliciter ce-  
 deret; sine vlla dubitatione, si Archiepiscopus in in-  
 tero persistat, iubet nostros ad consilium Regium  
 aduocare; litteras Apostolicas proferre: Societatis caus-  
 am cum Christi causa coniunctam aequē moderatē  
 fortiter agere. ipse interea ad Pontificem adit sup-  
 pliciter; Archiepiscopi factum exponit, summi tribuna-  
 li opem & auctoritatem implorat, sine vlla tamen gra-  
 uitate querimonia vel exaggeratione verborum. Ac no-  
 sti quoque in Hispania ex Ignatij praecipito rem ad cō-  
 siliū deferunt: Pontificia diplomata, & iura Societa-  
 tis le-

tis legitima ostendunt: obsequium sibi adire et puer-  
 mos adiuuandos exoptant. Quae cum nulla ipsorum  
 culpa ab Archiepiscopo acta esse conuenit: cum danti-  
 exitum habuit res, ut de Regij consilij decreto, & sacri  
 tificis obiurgatione, Archiepiscopus edicta praeter-  
 re, nostrisque omni molestia atque ignominia liberare  
 coactus sit. Quae res laetitiam bonis omnibus multo  
 maiorem, quo magis de nostra exillimatione et fama  
 solliciti fuerant. Atque haud ita multo post, Archiepiscopo  
 vita functo, nostri à Toletana ciuitate deique muni-  
 tati, & in ijs ipsis aedibus publicè collocati sunt. Ad  
 Archiepiscopus paulo ante clericis quibusdam adhibe-  
 uerat, ut ab ijs qui diuinam providentiam ex rerum he-  
 manarum euentis obseruant, non sine causa amarus  
 sum fuerit, omnes tanti Praesulis in Societatem ingressi  
 & conatus eò deniq; recidisse, ut cum maxime eos  
 opinionis errore deceptus, ex vniuersa Hispania pul-  
 cuperet, tunc ipsum in sua Toletana metropoli coram  
 illis exstrueret, ornareque. Eiusmodi fuit, quae Hispa-  
 niensis illius procellae transitus. Ac pari felicitate  
 quoque prouincijs coortae in nos tempellus, quae  
 nitate prudentiaque sedate sunt: ac Dei beneficij  
 fere Societas maiora in dies incrementa capere.

*De Iulij III. obitu; & de Marcelli II. a Ignatio  
 nostrisque beneuolentia.*

*Cap. XXII.*



**I**NTER haec Iulius ante Pontificatus  
 quinto demoritur: cui Marcellus  
 nis Politianus ingenti potentiam  
 nium gaudio successus est. Quis  
 nim erat spei de publicis rebus  
 otum eius Pontificatus auspicio  
 sponderant. Ad hunc legationem  
 teri familiaritate cum adorandi & gratulandi  
 nisset, ardè amplexatus hominem Pontificem, & hunc  
 me exosculatus, multa cum eo inambulans de Italia